



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Regale Sacerdotivm**

**Besse, Pierre de**

**Coloniae Agrippinae, 1615**

Cap. 11. Sacerdotes animo pacato & tranquillo sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

*Nec superbi placuerunt tibi Domine, dicebat o- tudith. 9,*  
*rans Iudith, sed humilium & mansuetorum semper Humilium*  
*tibi placuit deprecatio. E viduz huius oratione in- preces Deo*  
*ferendum est, Sacerdotes superbos Deo displice- placent.*  
*re, & solas humilium preces illi gratas & acce-*  
*ptas esse.*

*Nome cum esses paruulus in oculis tuis, caput in Qui seip-*  
*tribus Israel factus es? obiecit olim Sauli Deus. sos paruos*  
*quibus verbis velut prognostico prædocuit, illos faciunt,*  
*qui se dimitunt & paruifaciunt, à cælo extolli & Deus facit*  
*magnifieri: ac præsertim Sacerdotes; qui cum se magaos,*  
*imperio & dignitate indignos reputant, tunc à I. Reg. 15.*  
*Deo duces & rectores constituuntur.*

*Hancigitur virtutem amplectamini, Sacerdo- Sacerdos*  
*tes, tam pretiosum vobis monile adoptate, tam humilis sit*  
*solido fundamento ædificium veârû superim- in verbis &*  
*ponite, estote humiles corde, humilitatemque operibus.*  
*tum verbis tum potiùs re ipsa demonstrate: qui e- climat. gra-*  
*nim in verbis humilitatem non spirarit, is nec in du 4. de*  
*operibus eamdem præferet. obed.*

## CAPVT XI.

*Sacerdotes animo pacato & tranquillo sint.*

*S* *Pax, quies, ac tranquillitas mundo necessaria Pax Sacer-*  
*dotibus imprimis eadem requiri. dotibus*  
*tur, quorum animus semper quietus, semper necessaria.*  
*gandere malacia, nunquam turbari, aut bellis in-*  
*quietudinumque angoribus distrahi debet: pax e- S. Basilii.*  
*nim & mansuetudo pietatis indicia sunt, & eui-*  
*dentes animæ sanctæ characteres.*

*Impiorum*  
*Isaias vitam impiorum describens, animã illo- mens sem-*  
*rû velut mare tēpestatibus & procellis obnoxii per inquis-*  
*semper exætuare & efferuescere dicebat, Cor im- ra.*  
*pū sicut mare feruens. Quod euidenter demon- Isai. 57.*  
*strat,*

strat, illos Sacerdotes nefarios & scelestos esse quorum animus turbatus atque inquietus est, belisq̄ue civilibus & intestinis assidue distrahitur.

*Psal. 75.*

Stultitiæ  
signum est,  
mentem  
habere  
turbatam.

Hinc ait Psalmographus, *Turbati sunt omnes insipientes corde*, eorumque mens tempestatibus exagitata. Quibus Prophetae verbis efficere liceat, stoliditatis & insipientiæ signum esse, turbatum habere animum, & spiritum variè commotum & agitatam; aded vt Sacerdos, cuius Spiritus turbatus est & inquietus, stolidum se ac fatuum; at cuius mens pacata & sedata, sapientem se esse, declaret.

Anima  
cum in-  
quieta est.  
signum est  
Deum illi  
irasci.

*Psal. 82.*

Scripsit Psalmographus, cum iratus fuerit aduersus peccatores Domine, & furorem indueris, tunc eosdem turbabis, idque in peccatorum illorum vindictam; & *in ira tua turbabis eos*. Vnde infero Sacerdotem, dum animus illius inquietus est, mensque eius actu perturbationum assidue efferuescit, Deum iratum habere, eiusque peccata ac vitia hocce flagello puniri.

*Psal. 6.*

Dauid  
mentis  
tranquilli-  
tatem à  
Deo petijt.

Mentis  
tranquilli-  
tas Dei do-  
num.  
*Iob. 3.*

*Anima mea*, inquit idem Psalmographus, turbata est valde, quietem non habet, noctu diu exagitor, & mens perpetuo conflictu distrahitur: *Sed tu Domine vsquequò? quamdiu haec turbas tolerabis? quamdiu hæc me bella exagitant?* quando tandem mihi inducias concedebunt? Quibus è verbis concludere volo, Ecclesiasticorum quorum mens libera non est, nec animus sedatus, Deum assiduis precibus exorare debere, turbam & inquietudinem Spiritus vt serenent, insurgentem coerceat passiones, vt Regis huius exemplo, pacata & pacifica mente fruantur.

Bonus ille Tobias ita olim Deum seruore quodam Spiritus precatus est, *Iustus es Domine & omnia iudicia tua iusta sunt; & omnes viae tuae misericordiae*

cordia & veritas, & iudicium. Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum precepta tua, & non ambulavimus sinceriter coram te: post tempestatem tranquillum facis, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundis. Pia profecto meditatio, atque docet pacem interiorum & Spiritus tranquillitatem Dei donum esse, & Sacerdotem, qui cor inquietudinibus & æstibus varijs impeditum turbatumque habet, ad Deum se convertere, ab eo pacem in turbelis, & serenitatem mentis expectare debere.

Postquam grauis illa tempestas, quam Euangelista describit, quaque Apostolorum cymba iactabatur, adeo vt omnes naufragium pertimescerent, desavit; Christo nauiculam ingresso, facta est tranquillitas magna, & timere homines desierunt. Mundi huius mare assidujs tempestatibus obnoxium est, ac varias agitationes & æstus experitur, in quo scilicet animarum nostrarum cymba tempestatibus iactantur; ac mox vt Deus easdem ingreditur, easque subire non dedignatur; tunc, o Sacerdotes, mens quiescit, Spiritus malaciam sentit, iudicium serenitatem, ratio quieta est, & anima tuto securoque loco posita.

Iustitia & pax osculatae sunt, habet Psalmista: porro Augustinus in hunc psalmi locum duas hasce virtutes sorores & socias esse credit, quæq; à se inuicem separari nequeunt; nullumq; à pace amari posse, si non prius iustitiam dilexerit. Adeo vt Sacerdotes iustitia carentes & vitæ scelestæ, pacifici aut quieti esse nequeant, nec vllam in negotiorum suorum regno pacem sperare.

Apostoli postquã Dominicæ passionis tēpestas desquisset, cū vno in loco, cubiculi forib, occlusis

Tranquil-  
liratē  
animæ De-  
us adfert.  
Matth. 8.  
Marc. 4.  
Luc. 8.

Psal. 34.  
Pax & iu-  
stitia sem-  
per simul  
graduan-  
tur.  
Pacem vt  
habeat  
quis, mun-  
do ostium  
simul occludat.

Q 2

simul occludat.

Luc. 24.

simul essent, repente Redemptor inopinato comparens in eorum medio stetit, pacemque iis et apprecatus, *Stetit in medio eorum, & dixit eis, pax vobis.* Quod mysterium docet, nullos vera leu Christi pace frui posse, eaque dignos esse, nisi qui mundo ianuas occlusere, vitam que solitariam viuunt, imprimis verò horum nomine Sacerdotes complector.

Sacerdotes Deum timentes incredibili pace fruuntur.

Psal. 30.

Psal. 36.

Pax conscientiae non nisi bonis est.

Pax promissa Dei legem amantibus.

Psal. 111.

Isal. 48.

Baroch. 3.

*Quam magna, canit Psalmographus, multo dulcedinis tuae Domine, quam abscondisti timentibus te!* quantamque eisdem pacem preparasti. Verum profecto varicinium; Sacerdotes imprimis, qui Deum timent & reuerentur, incredibili pace, & quiete mentis indicibili perfrui.

*Mansueti autem, ait idem Psaltes, hereditabit terram, & delectabuntur in multitudine pacis.* Alius Prophetae locus, quo docet, illos Sacerdotes solam pacem, tranquillitatem, conscientiaeque quietem promereri, qui mansueti sunt, & benignitatem in omnibus actionibus spirant.

In eandem omninò rem in Psalmis scriptum legimus, & velut Propheticè promissum: *Pax multa diligentibus legem tuam Domine, & non in illis scandalum.* Hisce porrò verbis Spiritus sanctus indicare voluit, Sacerdotes imprimis, qui Deum legem diligunt, eamque inuiolatè obseruare sciunt, nullumque proximo scandalum afferunt. Nemo semper hilari, lato, quieto esse, multaque pacis abundantia perfrui.

Vtinam, Isaias ait, praecepta mea obseruauerint, & in mandatorum meorum semitis ambulauerint, *facta fuisset sicut flumen pax tua, & iustitia tua, sicut gurgites maris.* Quo promisso insinuat, illis qui diuina mandata diligenter obseruant, &

executionem perducunt, conscientia tranquillitate dignissimos esse.

Redemptor Christus Apostolosolim suos erudiens, inter alia illis ait, *Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris.* Vobis hoc occinitur, Sacerdotes, ut hinc ediscatis, si interiori gaudere pace maliciae spiritus cupiatis, dulcedinem morum, verborum benignitatem, & miram animae humilitatem conseruandam.

Ceterum pax hæc ab ipsa iustitia originem trahit, & gaudium, pacem ut matrem agnoscit. Inde S. Cæsarius: *De iustitia nascitur pax, & de pace gaudium generatur.* Vbi verò pax & iustitia defuerint, verum adesse gaudium, deliciae veræ & sinceræ voluptas non potest. pacem igitur sectemini Sacerdotes, sequimini iustitiam, si modò gaudij & consolationum internarum participes esse cupiatis.

Sancti Sacerdotes Magno Gregorio teste, qui nihil huius mundi appetunt, nec in secularibus impingunt, nullis in corde tumultibus aguntur, nullam internè procellam metunt, conflictus nullos aut prælia perhorrescunt, nec ingruentibus cogitationum turbinibus concutiuntur, *solanamque eternam patriam appetunt*, ad quam tota mentis contentione aspirant, & quoniam nulla huius mundi diligunt, magna mentis tranquillitate perfruuntur, & miram quandam conscientia quietem sentiunt.

Huc etiam respiciens Iob, pro iustis dicebat *Qui edificat sibi solitudines;* quæ Prophetæ verba Gregorius exponens, addit, *illos sibi solitudines edificare, qui se mundi tempestatibus, & agitationibus eripiunt, & terrenorum desideriorum tumultus expellunt, ut vna & sancta quadam intentione eter-*

Benignus  
sit qui Spiritus  
quietem quaerit.  
Matth. 11.

Pax & iustitia  
gaudium causantur.  
Admonit. 2.

Mundi contemptus  
Spiritus quietem  
causatur.  
Ih. 4. Moral. c. 34.

Iob 3. Gregorius  
lib. 3. moral. c. 28.

Q 3 ne pa-

Solitudo  
nutrix qui-  
etis.

Ibid.

Fugiat ne-  
gotia qui  
pacem a-  
mar.

Psal. 26.

Delectatur  
anima si  
secum ha-  
bitet.

S. Leo serm.  
8. de ieiun.

Amor Dei,  
quietem &  
mundi, in-  
quietem  
causatur.

na patria in amorem intima quietis anhelent. Isve-  
ro (ait idem Gregorius) omnes mundanarum cogitationum turbines à se depulerat, qui secura quiete perfruens dicebat, *Vnā petij à Domino, bene requiram, vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ. A frequentia quippe terrenorū desideriorum fugerat, et ad magnā solitudinē semetipsum contulerat, vbi eo tutius nihil extraneū cōspiceret, quo in- cōpetens nihil animæ et. Sacerdos cordatus & prudens idem omnino agat, seque mundanis negotiis expediens, cor suum in quiete componat, nihil præter Deum desiderando, & cetera extra illum contempnendo,*

Quamuis autem corpus sine anima nihil omnino desiderare queat, & hinc omnem sensum mutuetur, vnde motum trahit: ad Spiritus & animi imperium tamen spectat, carnis habenas contrahere, eamque velut mancipium in tribunal interno constringere, & partes exteriores, quæ ea quæ dedecent & perniciem adferunt moderari, vt ab omni carnis concupiscentia liberum, in regio animæ palatio, diuinæ vacare possit sapientiz, in quo terrenarum occupationū turbine cessante, cælestium æternarumque deliciarum voluptate cogitando perfruitur. Hoc vobis, Sacerdotes dictum sit, tunc animam vestrā mille deliciis refertum iri, si solitudinem consecretando, negotiaque omnia fugitando sese recolligat, cogitationesque simul vnum in locum congregatas habens apud se ipsa commoretur.

Quamuis autem res mundi huius inferioris delectationes suas & voluptates aliquas includant non satiant tamen, Deus meus, exclamat Augustinus, vt tu animam satiare soles. in te siquidem iul

iustus mille delicias inuenit, amorem tuus dul- *Cap. 20. Me-*  
 cis & pace plenus, & quantum tu cor possederis, *dit.*  
 tantum & ille tranquillitate & quiete id ipsum  
 replet: at e contra mundi amor & carnalis, sedi-  
 tiosus, vagus, inquietus est, qui quascumque subit a-  
 nimas, violentia & inquietudine excruciat, &  
 assiduis easdem suspicionibus, perturbationibus,  
 zeloque continuo diuexat, terroribus & formi-  
 dine non moritura exagitans. At in te vno quies  
 secreta, pax inuolabilis, & vita penitus im-  
 perturbabilis, nullique agitationi varietati-  
 que obnoxia. Egregia hæc vos meditatio, Ec-  
 clesiastici, doceat, vnicè ac præ reliquis Deum  
 diligere, mundum fugere, ab illo enim vera ani-  
 mæ quies, ab hoc inquietudo sollicitudoque men-  
 tis dependet.

Ceterum per pacem hanc interiorem cū D. Au-  
 gustino intelligo serenitatem mentis, tranquillitatem  
 animi, simplicitatem cordis, vinculum a-  
 moris, consortium charitatis, & omnium reip.  
 humanae turbationum quietationem. Beatus igitur  
 sacerdos ille, hanc qui pacem habuerit, &  
 procul à bello & turbis mundi secedit. Tum vera,  
 iuxta Albertum magnum cum Deo pax habetur,  
 cum quinque sensus exteriores, & omnium mem-  
 brorum vsus cunctaque opera exteriora rationi  
 subdita sunt: cumque omnes affectus nostri cogi-  
 tationes, voluntates, intentioque, & quidquid in-  
 ternum est, sub animæ moderamine procedit, e-  
 jusque ductum directionemque sequitur. Qui-  
 tuque igitur in corde pace potiri voluerit, quid-  
 quid dixerit egeritque, huius iustitiæ legibus subi-  
 ciat necesse est.

Frequenter cor tranquillū, ait pius Bernardus,

Q 4. visitat

Quid sit  
 pax Spiritus

*De verbis.*

*Dom.*

In quo fita

*in paradiso*

*animæ.*

Deus cum  
pacatis ha-  
bitat.

Lib. de inte-  
riori do-  
mo c. 5.

In cōp. vitæ  
spiritual.

c. 14.

Qui pacē  
cupit ab o-  
mni affe-  
ctu sic li-  
ber.

Pacis inte-  
rioris lau-  
des.

Bonæ con-  
scientiæ  
encomia.

visitat Deus & in anima quæ pacem sectatur com-  
morari gaudet, eo quod ipse pax sit; & in pace fa-  
ctus est locus eius. Pacem igitur diligite, & venite  
in pace; Sacerdotes, si Deum in animis vestris  
commorari velitis.

Verè is beatus, ait Ludouicus Blosius, qui in-  
trinsecus ab omnibus denudatus, nullis aduer-  
sitatibus concutitur, nec in prosperis præ superbia  
insolescit; sed æquo animo inæqualia & iniqua sus-  
tinet, qui, vt ita dicam è seipso egredi didicit; &  
perfecta quadam renūtiatione ad summū caritatis  
fastigium peruenit. Quam putas ille pacem habe-  
bit? alem profectò, tantamque, verbis vt exprimi  
nequeat. Hisce è verbis discite Sacerdotes, si vere  
sanctæque pacis beneficio frui velitis, rupem vobis  
esse debere in medio mari collocatam, & an-  
num infractum gerere, quin & omnibus in vobis  
bis ipsis nuntium remittere.

Olata & iucunda pax, ait idem Auctor, per  
quam anima intrinsecè raptæ est, omniumque re-  
teriorum memoriam exuens, feliciter in Domino  
requiescit. O grata & benigna, amabilis, & de-  
derabilis pax & quies, in qua & per quam anima  
seipsam transcendens, & ineffabilium diuinita-  
rum gloriæ diuinæ abyssò demersa in Deo suo re-  
gigit ac despicit vniuersa! Beata & ter beata  
vera anima illa, quæ hoc modo in Sponsi sui sinu  
requiescit ac dormitat, & extra seipsam raptæ  
ter suauissimos dilecti sui amplexus in pace vult  
remeretur.

Ad hanc porrò pacem vos disponite beati-  
mentes, à negotijs sæcularibus longè admodum  
cedite, à mundi turbis animum auocate, nebulas  
inquietationum à vobis dispellite, imperate res  
tis & fluctibus cordis vestris, ipsum in pace  
dispo-

disponite, ac vobiscum cogitate, bonam conscientiam, teste D. Bernardo, primum religionis titulum esse, templum Salomonis, benedictionis agnum, deliciarum hortum, lecticam auream, gaudium Angelorum, arcam foederis, thesaurum regium, aulam Dei, caeleste palatium, Spiritus Sancti deversorium; Denique nihil in hac vita haberi posse certius, aut in mundo gratius quam bonam conscientiam.

De cons. cap. penult.

CAPVT XII.

Saecularia contemnant Sacerdotes.

Rerum temporalium contemptus, saeculi fuga, vanitatum repudium, & vniuersalis quaedam terrenorum renuntiatio, honestae cessiones sunt, & Sacerdotibus imprimis honorabiles.

Rerum temporalium vituperium & descriptio.

Temporalia enim grauius & dura sunt onera, occupationes tetricae, tyrannides violentae & rabidae; sunt inferni infidiae, saecularium gehennae, regularium dissolutio, & animarum illectrices decipulae; quicumque enim in mundo exurgere, & in saeculo diuites fieri cupiunt, incidunt quamprimum, in laqueos diaboli, vt ait Apostolus.

1. Timoth. 3.

Legis Mosaicae Pontifex, in cuius veste omnes omnino creaturae exsculptae erant, qui incedens vniuersum secum terrarum orbem, quam humeris tenebat, moueri faciebat, nudis pedibus ac discooperto capite sacrarium ingredi iubebatur. Quo sanctus Spiritus aliud nihil indicare volebat, quam Sacerdotes, mox vt in Ecclesiam ingre diuntur, quamuis omnibus mundi facultatibus onulti & grauati essent, nudos pedes, id est affectiones, quae veri animae pedes, nudas & expeditas habere debere.

Sacerdos Iudaicus nudus in sacrarium cur ingrederetur.

Q 5

Disei-